UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ediltrudis V. VValherus M. S. Maria Oegniac. 23. Iun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S.Ediltrudis V. Anglorum Regis filia, cum vtroque marito (prior quidem princ. Eps. poſterior Rex erat) virginitatem conſeruauit, vnica cibi refectione per diem contenta prophetico ſpiritu inclaruit. Corpus eius incorrumptum, vt & veſtis, viventibus aduerſus dæmones præſidio fuit circa A. 680.

2.S. VValherus pbr. Onani parochũ ac Decanũ Chriſtianitatis ſtudioſiſſime egit. Cũ igitur ex officio impuræ vitæ parochũ viſitando corriperet, is in traiectu Moſæ ei remo caput cõfregit, & cælo novum Martyrem dedit circa. A. 1190.

3.S. Maria Oegniacenſis à parẽtibus inuita ad nuptias venit, ſed breui marito caſtimoniam perſuaſit. Multũ illi ſtudij fuit adiuuandi in purgatorij pænis animas, centies per diem fere genu Deo orando flectebat. Obijt circa. A. 1213.

S. Ediltrudis V. VValherus M. S. Maria Oegniac. 23. Iun.

Meditatio paſſ. Domini.

Agnoſce O homo quam grauia ſint vulnera, pro quibus neceſſe eſt Chriſtum vulnerari. Bern.

Vota populi tui Domine propitiatus intende: & B. Ediltrudis V. T. (S. VValheri: S. Mariæ) cuius ſolemnia celebramus fac gaudere ſuffragijs. Per D. N. I. Chr.

Ora pro Concordia Principum &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN